



Epiphany

INTROIT *Mal. 3: 1; Ps. 71: 1*

Ecce advenit dominator Dominus: et regnum in manu ejus, et potestas, et imperium. *Ps.* Deus, judicium tuum Regi da: et justitiam tuam Filio Regis. *V.* Gloria Patri . . . Ecce advenit . . .

Behold, the Lord the Ruler is come: and the Kingdom is in his Hand, and power and dominion. *Ps.* Give to the king thy judgment, O God: and to the king's Son thy justice. *V.* Glory be to the Father . . . Behold . . .


PENITENTIAL RITE

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.



Amen.


Gratia Domini nostri Jesu Christi, et caritas Dei, et communicatio Sancti Spiritus sit cum omnibus vobis.



Et cum spi-ri-tu tu-o.


Fratres, agnoscamus peccata nostra, ut apti simus ad sacra mysteria celebranda.

Miserere nostri, Domine.




Qui-a pec-ca-vi-mus ti-bi.

Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.



Et sa-lu-ta-re tu-um da no-bis.

Misereatur nostri omnipotens Deus, et dimissis peccatis nostris, perducatur nos ad vitam æternam.



Amen.

In the name of the Father and of the Son and of the Holy Spirit.

Amen.

The grace of our Lord Jesus Christ and the love of God and the fellowship of the Holy Spirit be with you all.

And with thy spirit.

Brethren, let us acknowledge our sins, that we might be prepared to celebrate the sacred mysteries.

Have mercy upon us, O Lord.

For we have sinned against thee. Show us, O Lord, thy mercy.

And grant us thy salvation.

May almighty God have mercy upon us, and forgiving us our sins, bring us to life everlasting.

Amen.

KYRIE ELEISON

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.

Lord, have mercy.
Christ, have mercy.
Lord, have mercy.

GLORIA IN EXCELSIS DEO

Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Laudamus te, benedicimus te, adoramus te, glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Domine Deus rex cœlestis, Deus Pater omnipotens. Domine Fili Unigenite, Jesu Christe. Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris. Qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus, tu solus Dominus, tu solus altissimus, Jesu Christe, cum Sancto Spiritu, in gloria Dei Patris. Amen.

Glory to God in the highest, and on earth peace to men of good will. We praise thee, we bless thee, we worship thee, we glorify thee, we give thee thanks for thy great glory, Lord God, heavenly king, God the Father almighty. O Lord, the only begotten Son, Jesus Christ, Lord God, Lamb of God, Son of the Father, thou that takest away the sins of the world, have mercy upon us, thou that takest away the sins of the world, receive our prayer, thou that sittest at the right hand of the Father, have mercy upon us. For thou alone art holy, thou only art Lord, thou only, O Jesus Christ, art most high, together with the Holy Spirit, in the glory of God the Father. Amen.


COLLECT

Deus, qui hodierna die Unigenitum tuum gentibus stella duce revelasti: concede propitius; ut qui iam te ex fide cognovimus, usque ad contem-plandam speciem tuam celsitudinis perducamur.

O God, who today, by the guidance of a star, revealed thine only-begotten Son to the nations: grant, we beseech thee, that we, who now know thee by faith, may be led to behold thy exalted beauty face to face.

LESSON

Verbum Domini.



De- o gra- ti- as.

The word of the Lord.


Thanks be to God.

GRADUAL *Isa. 60: 6, 1*

Omnes de Saba venient, aurum et thus deferentes, et laudem Domino annuntiantes. V. Surge, et illuminare, Jerusalem: quia gloria Domini super te orta est.

All they from Saba shall come, bringing gold and frankincense and showing forth praise to the Lord. V. Arise and be enlightened, O Jerusalem: for the glory of the Lord is risen upon thee.

Verbum Domini.



De- o gra- ti- as.

EPISTLE

The word of the Lord.

Thanks be to God.

ALLELUIA *MATT. 2: 2*

Alleluia, alleluia. V. Vidimus stellam ejus in Oriente et venimus cum nuneribus adorare Dominum. Alleluia.


Alleluia, alleluia. V. We have seen his star in the East, and are come with gifts to adore the Lord. Alleluia.

Before the Gospel:

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Lectio Sancti Evangelii secundum . . .



Glo- ri- a ti- bi, Do- mi- ne.

GOSPEL

The Lord be with you.


And with thy spirit.

A reading from the holy Gospel according to . . .

Glory be to thee, O Lord.

After the Gospel:

Evangelium Domini.



Laus ti- bi, Chri- ste.

The Gospel of the Lord.

Praise be to thee, O Christ.

HOMILY

ANNUNCIATION OF THE CALENDAR

Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de cœlis. (bow here:) *Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine: et homo factus est.* Crucifixus etiam pro nobis: sub Pontio Pilato, passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die, secundum Scripturas. Et ascendit in cœlum: sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria, judicare vivos et mortuos: cujus regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem: qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur: qui locutus est per prophetas. Et unam, sanctam, Catholicam et Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi sæculi. Amen.

Hoc tempore, fratres carissimi, qua apparuit benignitas et humanitas Salvatoris nostri Dei, non in operibus justitiæ nostræ, sed in ejus misericordia confidentes, preces Deo nostro supplices effundamus.

... ut nos exaudire digneris:


CREDO

I believe in one God, the Father almighty, maker of heaven and earth and of all things visible and invisible. And in one Lord Jesus Christ, the onlybegotten Son of God, born of the Father before all ages; God of God, light of light, true God of true God; begotten, not made; consubstantial with the Father; by whom all things were made. Who for us men and for our salvation came down from heaven. (bow here:) *And was incarnate by the Holy Spirit of the Virgin Mary, and was made man.* He was crucified also for us, suffered under Pontius Pilate, and was buried. And the third day he arose again, according to the Scriptures, and ascended into heaven. He sitteth at the right hand of the Father, and he shall come again with glory, to judge the living and the dead, and his kingdom shall have no end. And in the Holy Spirit, the Lord and Giver of life, who proceedeth from the Father and the Son, who together with the Father and the Son is adored and glorified, who spoke by the prophets. And one holy, catholic, and apostolic Church. I confess one baptism for the remission of sins. And I expect the resurrection of the dead, and the life of the world to come. Amen

Dearly beloved brothers and sisters, in this season on which appeared the kindness and humanity of God our Savior, let us make our suppliant prayers to our God, confiding not in the justice of our own works but in his mercy.

... that thou wouldst deign to hear us.

INTERCESSIONS



Te rogamus, audi nos.

Quæsumus, Domine Deus noster, ut fidelium tuorum supplicationes apud te ipsa commendet, quæ Deum et hominem castis visceribus meruit bajulare.

We beseech thee, hear us.

We beseech thee, O Lord our God that she who was worthy to bear God and man in her chaste womb commend the prayers of thy faithful before thee.

OFFERTORY Ps. 71: 10, 11

Reges Tharsis et insulæ munera offerent: reges Arabum et Saba dona adducent: et adorabunt eum omnes reges terræ: omnes gentes servient ei. V. Deus, judicium tuum regi da et justitiam tuam filio regis: judicare populum tuum cum justitia: et pauperes tuos in iudicio: omnes gentes servient ei.

The kings of Tharsis and the islands shall offer presents: the kings of the Arabians and of Saba shall bring gifts: and all kings of the earth shall adore him: all nations shall serve him. V. Give to the king thy judgment, O God and to the king's son thy justice: to judge thy people with justice, and thy poor with judgment: all nations shall serve him.


AT THE PRAYER OVER THE OFFERINGS

Orate, fratres: ut meum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.


Pray, brethren, that my sacrifice and yours may be acceptable to God the Father almighty.



Susci-pi- at Do-mi-nus sa-cri-fi-ci- um de ma-ni-bus tu-is ad



laudem et glo- ri- am no-mi-nis su- i, ad u- ti- li- ta- tem



quo-que nostram to- ti- usque Eccle-si- æ su- æ sanctæ.


May the Lord receive this sacrifice from thy hands to the praise and glory of his name, and also for our benefit and that of all his holy Church.

Ecclesiæ tuæ, quæsumus, Domine, dona propitius intuere: quibus non iam aurum, thus et myrrha proferetur, sed quod eisdem muneribus declaratur, immolatur et sumitur, Jesus Christus, Filius tuus, Dominus noster.

Favorably regard the gifts of thy church, we beseech thee, O Lord; in which gold, frankincense, and myrrh are no longer offered, but, instead, where he who is signified by these gifts becomes our sacrifice and our food, Jesus Christ our Lord.

AT THE PREFACE


Dominus vobiscum.



The Lord be with you.


Et cum spi-ri-tu tu-o.
Sursum corda.

And with thy spirit.
Lift up your hearts.



Ha-be-mus ad Do-mi-num.
Gratias agamus Domino Deo nostro.

We have lifted them up to the Lord.
Let us give thanks to the Lord our God.



Dig-num et jus-tum est.

It is meet and just.

PREFACE

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine, sanctre Pater, omnipotens æterne Deus:

It is truly meet and right and incumbent upon us for our salvation that we should always and everywhere give thanks to thee, O Lord, holy Father, almighty everlasting God:

Quia ipsum in Christo salutis nostræ mysterium hodie ad lumen gentium revelasti, et, cum in substantia nostræ mortalitatis apparuit, nova nos immortalitatis ejus gloria reparasti.

For thou didst on this day reveal the very mystery of our salvation in Christ to the enlightening of all peoples, and when he appeared, in the substance of our mortality, didst restore us by the new glory of his immortality.


Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia cælestis exercitus, hymnum gloriæ tuæ canimus, sine fine dicentes:

Wherefore, with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations and with all the company of heaven, we sing the hymn of thy glory, evermore saying:

SANCTUS

Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt cœli, et terra gloria tua. Hosanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis.

Holy, holy, holy Lord God of hosts. Heaven and the earth are full of thy glory. Hosanna in the highest. Blessed is he who cometh in the name of the Lord. Hosanna in the highest.



THE CANON OF THE MASS

Vere sanctus es, Domine, fons omnis sanctitatis. Hæc ergo dona, quæsumus, Spiritus tui rore sanctifica, ut nobis Corpus et ☩ Sanguis fiant Domini nostri Jesu Christi. Qui cum Passioni voluntarie traderetur, accepit panem et gratias agens fregit, deditque discipulis suis, dicens:

ACCIPITE ET MANDUCATE
EX HOC OMNES:
HOC EST ENIM CORPUS MEUM
QUOD PRO VOBIS TRADATUR.

Simili modo, postquam cenatum est, accipiens et calicem iterum gratias agens dedit discipulis suis, dicens:

ACCIPITE ET BIBITE
EX EO OMNES:
HIC EST ENIM
CALIX SANGUINIS MEI
NOVI ET ÆTERNI TESTAMENTI,
QUI PRO VOBIS
ET PRO MULTIS EFFUNDETUR
IN REMISSIONEM PECCATORUM.
HOC FACITE
IN MEAM COMMEMORATIONEM.

Holy thou art indeed, O Lord, the fountain of all holiness. Wherefore hallow these gifts, we beseech thee, with the sanctifying dew of thy Spirit, that they become for us the body and ☩ blood of our Lord Jesus Christ. Who, when he freely submitted to be betrayed, took bread, and, when he had given thanks, he broke it and gave it to his disciples, saying:

TAKE AND EAT THIS
ALL OF YOU,
FOR THIS IS MY BODY
WHICH SHALL BE GIVEN UP FOR YOU.

Likewise after supper, he took the cup, and when he had again given thanks, he gave it to his disciples, saying:

TAKE AND DRINK THIS
ALL OF YOU,
FOR THIS IS THE CUP OF THE
NEW AND EVERLASTING COVENANT
OF MY BLOOD,
WHICH SHALL BE SHED
FOR YOU AND FOR MANY
FOR THE REMISSION OF SINS.
DO THIS
IN REMEMBRANCE OF ME.

Mysterium fidei.

Mor-tem tu- am annun-ti- a-mus, Do-mi- ne, et tu- am
re-sur-rec-ti- o- nem con-fi- te-mur, do- nec ve- ni- as.

The mystery of faith.

We show thy death,
O Lord, and proclaim
thy resurrection until
thou come.

Memores igitur mortis et resurrectionis eius, tibi, Domine, panem vitæ et calicem salutis offerimus, gratias agentes quia nos dignos habuisti astare coram te et tibi ministrare. Et supplices deprecamur ut Corporis et Sanguinis Christi participes a Spiritu Sancto congregemur in unum. Recordare, Domine, Ecclesiæ tuæ toto orbe diffusæ, ut eam in caritate perficias una cum Papa nostro N. et Episcopo nostro N. et universo clero. Memento etiam fratrum nostrorum, qui in spe resurrectionis dormierunt, omniumque in tua miseratione defunctorum, et eos in lumen vultus tui admitte. Omnium nostrum, quæsumus, miserere, ut cum beata Dei Genetrice Virgine Maria, beatis Apostolis et omnibus Sanctis, qui tibi a sæculo placuerunt, æternæ vitæ mereamur esse consortes, et te laudemus et glorificemus per Filium tuum Jesum Christum.

Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipotenti, in unitate Spiritus Sancti, omnis honor et gloria per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Wherefore, remembering his death and resurrection, we offer to thee, O Lord, the bread of life and the cup of salvation, giving thanks that thou hast made us worthy to stand in thy presence and serve before thee. And we humbly pray that, as we share in the body and blood of Christ, we may be gathered together in one body by the Holy Spirit. Remember, O Lord, thy Church dispersed throughout the world, and perfect it in charity together with N. our pope and N. our bishop, and all the clergy. Remember also our brethren who have fallen asleep in the hope of resurrection, and all who have died in thy mercy, and show them the light of thy countenance. Have mercy, we beseech thee, on us all, that, together with the blessed virgin Mary, mother of God, the blessed apostles and all the saints, who from the beginning have done thy pleasure, we may be worthy to be partakers of eternal life and to praise and glorify thee through thy Son Jesus Christ.

By whom and with whom and in whom, in the unity of the Holy Spirit, all honor and glory is unto thee, O God, Father almighty, world without end. Amen.

THE LORD'S PRAYER

Præceptis salutaribus moniti, et divina
institutione formati, audemus dicere:

Instructed by saving command, and formed
by divine institution, we make bold to say:

Pa- ter nos-ter, qui es in cæ- lis: San-cti- fi- ce- tur no- men
tu- um: Ad ve- ni- at re- gnum tu- um: Fi- at vo- luntas tu- a,
si- cut in cæ- lo, et in ter- ra. Pa- nem nos- trum co- ti- di- a-
num da no- bis ho- di- e: Et di- mit- te no- bis de- bi- ta nostra,
si- cut et nos di- mit- timus de- bi- to- ri- bus nos- tris. Et ne nos
indu- cas in ten- ta- ti- o- nem. Sed li- be- ra nos a ma- lo.

Our Father, who
art in heaven;
hallowed be thy
Name; thy
kingdom come;
thy will be done,
on earth as it is in
heaven. Give us
this day our daily
bread, and forgive
us our trespasses
as we forgive
those who trespass
against us, and
lead us not into
temptation, but
deliver us from
evil.

Libera nos, quæsumus, Domine, ab
omnibus malis, da propitius pacem in diebus
nostris, ut, ope misericordiæ tuæ adiuti, et a
pec- cato simus semper liberi et ab omni per-
turbatione securi: expectantes beatam spem
et adventum Salvatoris nostri Jesu Christi.

Deliver us, we beseech thee, O Lord,
from all evils. Mercifully grant us peace in
our time, that, assisted by thy mercy, we
may ever be free from sin and safe from all
disquiet, as we look for the blessed hope
and the coming of our saviour Jesus Christ.

Qui- a tu- um est re- gnum, et po- tes- tas, et glo- ri- a in sæ- cu- la.

For thine is the
kingdom and the
power and the glory
for ever and ever.

Domine Jesu Christe, qui dixisti Apo-

O Lord Jesus Christ, who didst say to thy

stolis tuis: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: ne respicias peccata nostra, sed fidem Ecclesiae tuae; eamque secundum voluntatem tuam pacificare et coadunare digneris. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

Pax Domini sit semper vobiscum.
Et cum spiritu tuo.

apostles: Peace I leave with you, my peace I give unto you, regard not our sins but the faith of thy Church, and be pleased to grant it peace and unity according to thy will, who livest and reignest for ever and ever. Amen.

May the peace of the Lord be with you always. And with thy spirit.

AGNUS DEI

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

Lamb of God, who takest away the sins of the world, have mercy upon us.

Lamb of God, who takest away the sins of the world, have mercy upon us.

Lamb of God, who takest away the sins of the world, grant us peace.

COMMUNION *MATT. 2: 2; Ps. 71: 2-3, 7-8, 10-11*

Vidimus stellam ejus in Oriente, et venimus cum muneribus adorare Dominum. We have seen his star in the East, and are come with gifts to adore the Lord. Alleluia.

V. Deus, iudicium tuum regi da: et justitiam tuam filio regis.

V. Judicare populum tuum in justitia, et pauperes tuos in iudicio.

V. Suscipiant montes pacem populo: et colles justitiam.

V. Orietur in diebus ejus justitia et abundantia pacis: donec auferatur luna.

V. Et dominabitur a mari usque ad mare: et a flumine usque ad terminos orbis terrarum.

Give to the king thy judgment, O God: and to the king's son thy justice.

To judge thy people with justice, and thy poor with judgment.

Let the mountains receive peace for the people: and the hills justice.

In his days shall justice spring up, and abundance of peace, till the moon be taken away.

And he shall rule from sea to sea, and from the river unto the ends of the earth.

MOTET *VICTORIA*

Magi viderunt stellam qui dixerunt ad invicem: hoc signum magni Regis est; eamus et inquiramus eum, et offeramus ei munera, aurum, thus, et myrrham, alleluia.

The wise men saw the star, and they said to each other: this is the sign of the great King; let us go and seek him, and offer him gifts, gold, frankincense, and myrrh, alleluia.

POSTCOMMUNION

Cælesti lumine, quæsumus, Domine,
semper et ubique nos præveni, ut
mysterium, cujus nos participes esse
voluisti, et puro cernamus intuitu, et digno
percipiamus affectu.

Go before us always and everywhere with
heavenly light, that we may discern with a
pure regard the mystery in which thou hast
willed us to be participants and perceive it
with a worthy disposition.

BLESSING OF CHALK

BLESSING AND DISMISSAL

V. Dominus vobiscum

The Lord be with you.

R. Et cum spiritu tuo.

And with thy spirit.

Benedicat vos omnipotens Deus, Pater,
et Filius, ✠ et Spiritus Sanctus.

May almighty God bless you, Father,
Son, ✠ and Holy Spirit.

Ite, missa est.

Go, the Mass is ended.



Since 1963, the St. Ann Choir have sung medieval and Renaissance polyphony in addition to the complete year's cycle of Gregorian chant for Sunday Mass. You are cordially invited to join them every Sunday for Mass at 12 noon at St. Thomas Aquinas Church, Waverly at Homer in Palo Alto and for Latin Vespers in Gregorian chant at 6:15 p.m. at St. Ann Chapel, Melville at Tasso in Palo Alto. Polyphonic Masses of the Renaissance for holy days and other feast days are sung as announced.

If you would like to receive occasional notice of events sponsored by the choir, please send your name and address by U. S. Mail to St. Ann Choir, 67 Peter Coutts Circle, Stanford, CA 94305 or by e-mail to mahrt@stanford.edu.

New members are welcome to the St. Ann Choir. Interest in singing chant and polyphony for the liturgy is more important than experience. Rehearsals are on Thursday evenings 7:30-9:30, Braun Music Center, Stanford, and Sunday mornings at 11:00 for the 12:00 Mass at St. Thomas. Those interested should contact Prof. Mahrt, 650-493-7933.